

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XVIII

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

tum, inventum ad lunam gestus illos motusque exercentem. Eo tandem de Elephantibus ascendit dicta, ut legere ac scribere posse affirmetur. *Plinius* enim clare è *Muciano*. Quendam Græcas literas pingere didicisse, eaque lingua scripisse, *Ipsè ego hac scripsi & spolia Celtica dicavi*. Cæterum quid de his sentiendum sit, ex *Libavio de intellectu bestiarum*, colligi potest. Sympathiam etiam quandam cum Luna habere videntur. Nam ab interlunio recrescente ex sylva ramos decerpunt, mox sublime ferunt, tandem ad eandem suscipiunt, ac leviter movent. Supplicationem Deæ prætendi, existimari possit. Sed manum de Tabula. Animal ipsum Amstelodami videre nobis contigit.

CAPUT XVIII.  
DE GLIRE & GULONE.

**G**lires tota hyeme dormiunt in pilam coacti, sereno expositi aëti, inter manus concalescente spiritu resolvuntur. *Gesner*. Mire in valle Telina capiuntur. Nam rustici noctu cum facibus procedunt, fulgore accedentes occæcant, sic vel manibus capiunt. Poma, quorum appetunt grana, divaricatis alibi ramorum cetu furcis imponunt, sic inserta obfirmataque, commodius evacuant. Apud *Rhetos* qui Italice loquuntur, caro illorum falsa reponitur, quia dulcis & pinguis suillæ instar grata est. *Gesner*. Gulo animal est in septentrionalibus: cadaveribus vescitur, & ita quidem, ut tympani instar inflatur. Angustas inter arbores ingreditur, inflatum, ac presso ventre sese exonerat, extenuatum impletur rursus. *Michov. l. 2. descript. Sarmat. Europea.*